

definitum est tempus illo elapsō l. semper in stipulationibus. D. de Regulis
iuris; si in annos singulos, anno exacto. Arg. d. l. semper V Ves. in parat.
hic. n. 14.

62 Hac eadem actione petit sibi rem suam restituī, quam si conductor
reddere non velit, aut si corruptum reddat, iuratur in litem. l. 8. l. 48. §. 1.
D. hic l. 34. C. eod,

63 Et repetit rem suam regulariter finita locatione interdum etiam id Quæstio.
illi licet ea adhuc durante, si vel necesse habeat reficere rem locatam, vel si
conductor re locata male utatur. l. 53. D. b. t. l. 3. C. eod. adeò ut liceat,
etiam reluctantem conductorem expellere. d. l. 44. §. 1. prius, si scilicet
Emphyteuta deteriorem facit Emphyteuticum fundum etiam obtinet in
Emphyteusi. Arg. l. 3. C. b. t.

64 Et de Emphyteusi quidem Ecclesiastica est expressus tex. in Nou. Quæst.
120. c. 8. de Emphyteusi seculari diss. DD. sed ratio quæ utrobiq; eadem est
facit. ut idem quo j; ius in utroq; statuendū sit, Dn. Obr. d. diss. Th. 287.

65 Ob non solutam etiā biennio pensionem licitū est locatari conductore
expellere. d. l. 3. adeò ut licet pœnalis stipulatio de non expellendo conducto-
re contractui adiecta sit, nihilominus citra metū pœna expelli possit. D. D.
in d. l. 54. §. 1.

66 Emphyteuta etiam ob non solutam pensionem in ciuili Emphyteusi Quæstio.
intra triennium, l. 2. C. Emphy. in Ecclesiastica intra biennium, iure suo
priuatur, & licet expelli potest etiam predicta stipulatione adiecta. d. l.
2. & Nou. 7,

67 Sed hæc Emphyteutæ vel conductoris expulsio vtrum per iudicem an
verò propria authoritate fieri debeat ambigitur, distinguimus, ut si Em-
phyteuta confiteatur se iure suo excidisse propria authoritate rectè expel-
latur, si neget requiratur authoritas iudicis. Dn. Obr. d. diss. Th. pen. et vl. Quæstio.

68 Siue sit interpellatus siue non, quia dies pro homine interpellat l. 2.
& l. magnam, 12. C. de contrahenda & committenda stipulatioe, vide
Duar. ad. l. 77. D. de verb. Obl. D. Obr. d. diss. Th. 335. & sequenti.

69 Hic queri solet an Emphyteuta si biennio vel triennio canonem non Quæstio.
soluti, celeri satisfactione moram purgare possit & quod possit in Emphy-
teusi Ecclesiæ dubium non habet, cap. potuit extra locati. In ciuili eius ex-
empli idem statuendum videtur quod ut præcedat realis solutio requiri- Quæstio.
tur, vel si canon accipi detrectetur eius præter oblationem & consignatio
& depositio. d. l. 2. diss. ibi Coras.